



## Hymne National Acadien

*Adagio* (♩ = 100)

1. A-ve, ma-ris stel-la, De-i Ma-ter al-ma, At-que sem-per

Vir-go, Fe-lix coe-li por-ta, Fe-lix coe-li por-ta.

- |   |  |
|---|--|
| 2. Sumens illud Ave<br>Gabrielis ore,<br>Funda nos in pace,<br>Mutans Hevae nomen. <i>(Bis)</i>             | 5. Virgo singularis,<br>Inter omnes mitis,<br>Nos culpis solutos,<br>Mites fac et castos. <i>(Bis)</i> |
| 3. Solve vincla reis,<br>Profer lumen caecis,<br>Mala nostra pelle,<br>Bona cuncta posce. <i>(Bis)</i>      | 6. Vitam praesta puram,<br>Iter para tutum,<br>Ut videntes Jesum,<br>Semper collaetemur. <i>(Bis)</i>  |
| 4. Monstra te esse matrem:<br>Sumat per te preces,<br>Qui pro nobis natus,<br>Tulit esse tuus. <i>(Bis)</i> | 7. Sit laus Deo Patri,<br>Summo Christo decus,<br>Spiritus Sancto,<br>Tribus honor unus. <i>(Bis)</i>  |